ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 103v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



predicatoris specie in locutione sua dn̄s assumit. Cum
iam edere cantus parat prius alas excutit. & semetipsū
feriens uigilantiorem reddit. Quia nimirū necesse ē ut
hi qui uerba sc̄e p̄dicationis mouent. prius studio bone
actionis euigilent. ne in semetipsis torpentes opere alios
excitent uoce. Prius se p̄sublimia facta excu
tiant. & tunc ad bene uiuendum alios sollicitos reddant.
Prius cogitationū alis semetipsos fe riant. quicq̄d in
se inutiliter torpet. & sollicita inuestigatione dep̄hendant.
districta anim aduersione corrigant. & tunc demū
aliorum uitā loquendo componant. Prius punire pro
pria fletibus curent. & tunc que aliorum sunt punien
da denuntient. & ante quā uerba exhortationis inso
nent. omne qd̄ locuturi s̄ operib⁹ clament. xl.
Sed quia sepe dum p̄dicatio modis congruentibus
ubertim funditur: apud semetipsum de ostensio
ne sui occulta leticia loquentis animus subleuatur:
Magna cura necesse ē ut timoris laceratione se mor
deat. ne qui aliorum uulnera medendo ad salutem
reuocat. ipse p̄negligentiā sue salutis intumescat.
ne proximos iuuando se deserat. ne alios erigens cadat.
Nam quib⁹dam sepe magnitu do uirtutis occa
sio p̄ditionis fuit. ut cum de confidentia uirium in
ordinate securi sunt. p̄neglegentiā inopinate mo